Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuskripte

Thesaurus Monumentorum ecclesiasticorum et historicorum Sive Heinrici Canisii, Lectiones antiquae etc. etc. edidit Jacobus Basnage. [Antwerpen 1725, Bd. 2] (Manuskripttitel)

Laßberg, Joseph von

Ohne Ort, o.D.

urn:nbn:de:bsz:31-370654

Visual Library

K 2912,23

Thesaurus Monumentorum ecclesiasticorum, et historicorum

Sive

Henrici Canisii, lectiones antiquae &c. &c.

edidit Jacobus Basnage.

Antwerpiae

apud Rud: et Gerh: Wetstenios. 1725. Fol: Tomus II.^us

Continet:

I. Acta Sti Cuthberti ep. ex membran: S. Galli: usq: ad pg: 24.

II. Joan: Damasceni, liber contra acephalos. ex cod: vaticano graeco N.o 493. usq: pg: 85.

III. S. Zachariae p. m. 6½ capita dialog: graec. ex membran: reipubl: augustanae. ad pg: 98 usq:

IV. Hodoeporicon Sti Wilibaldi ep. Aichstad: ex Msc. mnri Rebdorf. usq: ad pg: 122.

V. Vita Sti Wunibaldi ex eodem codice. ad pg: 134.

VI. Vita Sti Lamberti ep: Traject: ad p: 146.

VII. Collectio historica chronographica, ex anonymo qui sub Alexandro Severo imp. vixit. collectore gallo Carol: mag: tempore. ad pg: 226.

VIII. S. Willibaldi liber de vita S. Bonifacii ex mssptis Rebdorf. et Ingolstad: ad pg: 249.

IX. Collectanea contra Pelagianos. ad pg: 260.

X. Epitome canonum Adriani p. m. ex codice mnri. Weingartensis. ad pg: 278.

XI. Etherii ep. et Beati presb. contra Elipandum Toletanum. ex biblioth: Toletana. ad: pg. 375.

XII. Flacci Alcuini epistolae. ex cod. mnri. S. Galli. ad pg: 456.

XIII. Alcuini in natalem S. Willibrordi, ejusd. de vita Willibr. et elegia in Wilgilum. ex biblioth: S. Galli: ad pg: 471.

XIV. Incert. auct. carmen de carol. mag. ad pg. 483.

XV. Alcuini dialectica et grammatica. ad pg. 538.

XVI. ejusdem epistolæ duo, de loco cantico. et cæremon. baptismi. ad pag. 548.

NB. hæc omnia ex membran. S. galli:

Tomi II. Pars II.

XVII. S. Nicephori patriarchæ, contra Iconomachos libri 4. usq. pg. 18.

XVIII. monachi Ratisbonensis, benedictio dei. ad pg. 44.

XIX. Francicorum annalium fragmentum ab an: 741 ad an. 793. ex cod. monac. pg. 58.

XX. Theodulfi floriacensis elegiæ et responsoria Modoini. ex membr: S. Galli: pg. 80

XXI. Halitgarii ep. lib: V. de ordine pœnitentium et alia quædam. ex membran. S. galli. pg. 151.

XXII. S. Isidorus de conuersis. ex membr: S. galli: pg. 160.

XXIII. Vita S. Solæ abb: in Solenhovem. pg: 175.

XXIV. Poemata Walafridi strabi. ex biblioth. S. Galli. ad pg: 274.

XXV. Ejusdem tractatus de subversione Hierusalem. ex bibl. S. galli. ad pg. 282.

XXVI. Rhabani archiep. mogunt. Pœnitentiale, ex cod. Weingartensi. pg. 312.

XXVII. Rhabani martyrologium. ex cod. S. galli. pg: 352.

XXVIII. Synodus Regiaticina, et Ticinensis. ex cod. S. Galli pg: 370.

XXIX. genealogia Caroli mag: ex cod. S. galli. folium unum

XXX. Photii Patriarchæ, epistola, disputationes et gnomicæ. ad pg: 462.

Excerpta,

ex Canisii lectionib. antiq. edd. Basnage. 1725.

Tomi II. Pars I.

Sub numero /: inditis mei :/ VII. cui inscriptio: collectio historica, occurrunt pag: ~~19~~ sqq. quae /: lege 196. :/ ex Thoromaco sunt, plura ad Nibelungos facientia.

Thoromacus.
{ non est alius quam Gregor. Turonensis, Thoromacus autem vocabatur saepius Turonensis episc: Gregorius. Basnage 151.

Pg. 151. hic titulus legitur:

„ Usque nunc /: ad annum 733 :/ inluster vir Childebrandus comes avunculus praedicti regis ~~Pipini~~ Pippini hanc historiam, vel gesta francorum diligentissime scribi procuravit. Abhinc ab illustre viro Nibelungo filio ipsius Childebrandi itemque comite succedat auctoritas. „

Scriptor fuit anonymus Austrasius ~ quem edidit Theod. Ruinart ~~[illegible]~~ + ~~[illegible] 1713. fol.~~

+ vel potius in ed: Gregorii Turonensis. Parisiis 1699. fol.

de Gundiocho Burgundionum rege cap: XV. pg: 201.

de caractere Chrothildae cap XVII. multum similis est ejus Chrimhildae in Nibelungis. mortem patris et matris ab avunculo suo Gundobado rege burgundionum, ulciscitur.

das ganze XVII caput ist sehr merkwürdig ~

Cap: XX. Chudegiselus frater Gundobadi regis burgund: hat ähnlichkeit mit Giselher, wie Gundobad mit Günther.

/: Chudegisel ist Godegisel, Giselgottes ~ :/

cap: XVII et XXI. Aredius der ratgeber Gundobads hat ähnlichkeit mit Hagen. er heisst: prudentissimus vir. und dann: erat jocundus in fabulis, strenuus in consiliis, justus in judicio et in commissionibus fidelis.

Tomi II. Pars II.

Sub: Numero mihi XX inditis. Theodulfi floriacensis poëmata occurrunt, inter alia pg. 73.

Epitaphion Geroldi comitis.

„ Mole sub hac magni servantur membra Geroldi
Hujus jura loci, cunctis qui viribus auxit,
Pannoniis vera ecclesiae pro pace peremptus

Occubuit sexto septembribus ante kalendis,
Sideribusque animam dedit, artus saxo fidelis
Attulit, hic retulit, dignoque hic clausit honore."

{ NB. das epitaphium könnte wol von dem Walafried sein.

Da nun wie bekannt Gerold in der Reichenau begraben wurde; so muss diese grabschrift notwendig, wie es auch der zweite vers sagt, die arbeit eines Reichenauer mönches sein, und hat sich nur zufällig in dem St. galler codex unter die gedichte des abts von fleury mischen können.

Pag: 176. Poëmata Walafridi strabi. incipiunt

pg 233. De Einharto magno.

Nec minor est magni reverentia patris habenda,
Beseleel fabre primum qui percepit omne
Artificum praestantes opus, sic denique summus
Ipse legens infirma deus, sic fortia temnit.
Magnorum quis enim maiores respexit umquam
Quam radiare brevi nimium miramur homullo.

{ |: Wettinus mon: aug: fuit frater grimoaldi capellani regis, huic Walafrid: strabo dicavit visiones wettini, quas metrice scripsit :|

pag 245. Ad amicam

Cum splendor lunae fulgescat ab aethere purae
Tu sta sub divo, cernens speculamine miro,
Qualiter ex luna splendescat lampade pura.
Et splendore suo caros, amplectitur uno,
Corpore divisos, sed mentes amore ligatos,
Si faciem faciem spectare nequivit amantem,
Hoc saltem nobis lumen sit pignus amoris.
Hos tibi versiculos fidus transmisit amicus,
Si de parte tua fidei stat fixa catena;
Nunc precor ut valeas felix per secula cuncta.

Pg: 251. Ad marcum Rhabanum abb: fuldens: magistrum suum, pro solciamentis.

Hrabano patri per verba precantia Strabus,
Ante aliquot menses spondebat epistola nobis,
Hic autumnali venturos tempore missos
Usibus ut nostris fierent, quae nostra poposcit

Paupertas, sed spes miserum me vana fefellit,
Quo fit suspensum improvisa perurget egestas,
Sed licet innumeri pulsent mea pectora questus,
Plus tamen impugnat, quod audire talia cogor
Ecce pater, ni vestra prius solatia nostros
Respiciant casus, verbis ut pauca moneati
Occurrat, quae fit cunctis largissima mater
Vestra manus, valeat per secula cuncta precamur.

Ad eundem pro servitore dando.

Quae sumus exigui tenet pater optime servi, (: Lei :)
Sit nostri ut clemens vestra memor bonitas.
Aedis enim nostra est nobis angusta duobus,
Si tertii essemus, laeta satis fieret
Unde expectamus vestri promissa favoris,
In nos ut clemens teque juvet dominus. Amen.

pag 268. incipit Hortulus Walafridi.

Salvia. Ruta. Abrotanum. Cucurbita.
Pepones. absynthium. Marrubium. Foeniculum.
Gladiola. Libisticum. Caerefolium. Lilium.
Papaver. Sclarea. Mentha. Puleium. Apium.
Bettonica. agrimonia. ambrosia. Nepeta. Raphanus.
Rosa.

pg: + Genealogia Caroli M. ab anonymo ao 867 (+ 372.
scripta. ex cod: S. gallensi.

Tomi II. Pars tertia.

pag: 57. Monachi S. gallensis de gestis
Caroli magni libri duo. ex cod. Biblioth:
Monacensis. forte Notkerus balbulus auctor est.

capita. I. de ecclesiastica Caroli m: cura. II. Alcuini
adventus in galliam. III. praefertur scientia nobi=
litati. IV. de episcopatu juvenculo concesso. V. Vilis
et pauper clericus fit episcopus. VI. de episcopo celeriter
ascendente caballum. VII. de lectionibus. VIII. de clerico
qui cantare nesciret. IX. Carolus clericos augustino pares
desiderat. X. de cantu romano. XI. romanorum fraudes.
XII. Caroli jejunium in quadragesima. XIII. de pane benedicto.
XIV. unicum beneficium unicuique dandum.

„Providentissimus Carolus nulli comitum, nisi his, qui
in confinio vel termino barbarorum constituti erant,

plus quam unum comitatum aliquando concessit, nulli episcoporum abbatiam vel ecclesias ad ius regium pertinentes, nisi excellentissimis causis unquam permisit. Cumque a consiliariis, sive familiaribus suis interrogaretur, cur ita faceret, respondit: Cum illo fisco vel curte, illa abbatiola vel ecclesia tam bonum, vel meliorem vasallum, quam ille comes est vel episcopus, fidelem mihi facio. Ex certis autem causis quibusdam plurima tribuit, ut post Udalrico fratri magnae Hildegardae genitricis regum et imperatorum. de quo cum post obitum ipsius Hildegardae, pro quodam comisso, a Carolo privaretur honoribus, quidam scurra in auribus misericordissimi Karoli proclamavit: Nunc habet Udalricus honores perditos in oriente et occidente, defuncta sua sorore. Ad quae verba illacrimatus ille pristinos honores statim fecit illi restitui.

cap: XV. episcopi dictum factum. XVII. Carolus in causis distinguendis peritissimus. XVIII. de episcopo novam emente. XIX. d. episcop. virgam aurcam baculi vice ferente. XX. d. episc. qui concionem habere non potuit. XXI. Carol. episcopo iratus. XXII. d. episc. qui voluit adorari. XXIII. episcopi ieiunium violantis poenitentia. XXIV. de episc: feminam stuprante. XXV. episc. avarus. XXVI. Episc. in aquam immersus. XXVII. episc: fornicator. XXVIII. de leone pontifice. XXIX. de aedificiis Karoli. XXX. abbas fur. XXXI. De campana. XXXII. de Caroli de construendis aedificiis. /: pons moguntiacus super rhenum. :/ XXXIII. Somnium Leutfridi mortem praenuncians. XXXIV. luxus diaconi punitus XXXV. ingratitudo clerici plectitur. XXXVI. Vestes gallorum.

, nocturnum atque pendulum augusti pallium adhuc nos a bellico procinctu retrahit. Erat antiquorum ornatus vel paratura francorum, calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolae crurales vermiculatae, et subtus eas tibialia vel coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen opere preciosissimo /: sic :/ variata. Super quae et fasciolas in crucis modum intrinsecus ante et retro longissime illae corrigiae tendebantur. Deinde camisia cilizina /: glizina al: cod: :/ post haec baltheus spathae colligatus, quae spatha primum vagina, secundo corio qualicunque, tertio linteamine candidissimo, cera lucidissima roborato ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremptionem gentilium duraretur.

ultimum habitus eorum erat pallium canum vel saphirinum quadrangulum, duplex, sic formatum, ut cum imponeretur humeris, ante et retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua tangeret (: al. cod. contegeret :) Tunc baculus de arbore mali, nodis paribus admirabilis, rigidus et terribilis cuspide manuali, ex auro vel argento, cum caelaturis insignibus praefixo portabatur in dextera. Quo habitu lentus ego et testudine tardior, cum in franciam nunquam venirem, vidi caput francorum in monasterio S. Galli praefulgens, duosque flores aureos ex eius femoribus progressos, quorum qui prior autem paulatim excrescens verticem dignitatis sui summa gloria decoravit, et transcunda contexit. Sed ut se mos humani habet ingenii, cum inter Gallos franci militantes virgatis eos sagulis conspicerent, novitate gaudentes, antiquam consuetudinem dimiserunt, et eos imitari (: sic :) coeperunt. Quod interim rigidissimus imperator idcirco non prohibuit, quia bellicis rebus aptior videretur ille habitus. Sed cum Fresones hac licentia abutentes adverteret, et brevissima illa palliola, sicut prius maxima, vendere comperisset, praecepit ut nullus ab eis nisi grandia ac latissimaque illa longissima pallia consuetudinario pretio coëmeret, adjiciens: Quid prosunt illa pittaciola? in lecto non possum eis cooperiri, caballicans contra ventos et pluvias nequeo defendi, ad necessaria naturae secedens tibiarum congelatione deficio. "

Liber secundus. pg: 72.

cap: I. Gallorum a rom: imperio defectio. II. de Hunnis. III. Aggeris destructores coërcentur. IV. Duces dormientes in excubiis plectuntur. V. Libertatis amor. VI. Saxonis gens incognita graecis. VII. Graecorum perjuria. VIII. Legatus Caroli a graecis male acceptus. IX. Vindicta Caroli. X. Antiphona graecorum latine reddita. XI de legatis persarum. " Cum esse quietis et otii impatientissimus Karolus ad venatum bisontium vel urorum in nemus ire et persarum nuntios secum parat educere. Qui cum ingentia illa viderent animalia, nimio pavore perculsi in fugam conversi sunt. At non territus heros Karolus, ut in equo sedebat, acerrimo appropinquans, uni eorum extracta spata cervicem eius abscindere conabatur, sed frustrato pag: 75

ictu, gallicula m (gallice gallocher calceamenti species:)
regis et fasciolam femus immanissimus disrumpens,
tibiamque istius summo licet cornu perstringens, paulo
tardiorem reddidit, et in convallem tutissimam, lignis et
lapidibus asperatam, casso vulnere irritatus aufugit.
Cumque ad obsequium domini cuncti hosas suas vellent
extrahere, ille prohibuit dicens: Sic affectus ad Hilde=
gardam venire debeo. Consecutus autem feram Isambadus
filius Warini persecutoris patroni vestri Otmari + + (man sieht der mönch erzält aus dem munde eines andern und zwar unter wörtlicher anführung eines hofmannes des Kaisers.)
cum propius non fuisset ausus accedere, librata lancea vibrata.
inter armum et guttur, cor eius penetravit et imperatori
palpitantem ~~vestigans~~ consignavit, quod cum ille quasi
non advertisset, cadavere sociis relicto reversus est domum,
advocataque Regina, ostendit ocreas disruptas et dixit ei:
Quid dignus est, qui de hoste hac intelligente me liberavit?
illa que respondente: Omnia bona, enarravit imperator
cuncta per ordinem, et immanissimis cornibus in
in testimonium prolatis, ad lacrimas et suspiria, pug=
nosque pectoris dominatricem coegit. quae cum audisset,
quod tunc odibilis et cunctis honoribus expoliatus (: sic:)
Isambardo+ imperatorem de tali adversario vindicasset, + (Sic)
ejus pedibus advoluta impetravit ei omnia, quaecunque
fuerant illi ablata; sed et ipsa eidem est munera largita. — Usp. Ulf.
cap. XII. Caroli fama apud orientales. XIII. afrorum legati.
XIV. Munera Karoli ad reg. persarum. XV. Praedictio
de Ludovico. XVI. Ludovici mores. XVII. Hostium infantes
plectit carolus. — Interea cum imperator Karolus propter
adventantium frequentiam vel infestationem indomitissimorum
Saxonum, vel latrocinia piraticamque Nordmannorum sive
Maurorum, apud Aquisgrani paulo diutius expedisset, bellum
autem contra Hunos a filio eius Pipino gereretur, egressae a septentrione
barbarae nationes Noricum et orientalem Franciam magna ex parte
depraedatae sunt. Quod ille comperiens per se ipsum ita omnes
humiliavit, ut etiam pueros et infantes ad spatas metiri praeciperet,
et quicunque eandem mensuram excederet, capite plecteretur. Exc. Ult. —
XVIII. Conjuratio adversus Carolum. XIX. Pipini responsum
de exscindendis francis. XX. Delzigante. — Indignatus est (pag: 79.)
autem magnanimus Karolus, quod ipse ad barbaras illas
nationes sit exire provocatus, cum quilibet ducum suorum ad
hoc videretur idoneus; quod etiam ita esse ex unius comprovincialium
meorum facto probabo. Erat quidam vir de Durgeum (:
al. cod. Durgue:) juxta nomen suum, magna pars terribilis
exercitus vocabulo eix heerlante, (: al. cod. Cis Here:) procreatus,
ut de Enachim stirpe exortus credi potuisset, nisi tantum temporum
ac locorum interesset; qui quotienscunque ad fluvium Duram
alpinis torrentibus tumefactum, exundantemque venisset,
nec caballum maximum in eius non dicam fluenta, sed nec
liquentia posset impellere, apprehensis habenis fluitantem post

St. Gallensis L. II. de Gestis Caroli Magni, ap. Canisium in lectt. antt. ed. Basnagii T. II, p. 3. p. 75. §. 12.

„Attulerant autem Persæ Elephantum et simias, opobalsamum, unguentaque varia, pigmenta odoramenta vel medicamenta diversissima, adeo ut orientem evacuasse & occidentem viderentur implesse. Cumque multi apud Imperatorem familiaritate uti cœpissent, quadam die, cum iam lætiores essent & *grecingario fortiori incaluissent, ad Karolum serietate & sobrietate semper armatum, ioculariter hæc prolocuti sunt: Magna quidem est, o Imperator, potentia vestra, sed multo minor rumore, quo apud Orientalia regna diffamati pollotes. Quo ille audito & profundissima indignatione dissimulata iocularitur inquisivit ab eis: Cur ita filii mei dicites? vel hoc unde videtur? At illi repetentes a principio narraverunt ei cuncta, quæ sibi in cismarinis partibus contigerunt, dicentes: Nos Persæ vel Medi Armeniique vel Indi & Elamitæ omnesque Orientales multo magis vos quam dominatorem nostrum Aaron timemus. De Macedonibus autem vel Achivis quid dicamus? qui iamiamque magnitudinem vestram plus se fluctibus Ionii oppressuram pavitant. Insulani autem omnes, per quos iter habuimus, ad obsequium vestrum ita prompti sunt & intenti, quasi in palatio vestro nutriti fuerint & beneficiis ingentibus honorati. Istarum autem partium priores, ut nobis videtur, non satis curant de vobis, nisi tantum in præsentia vestra. Nam cum eis, utpote peregrinis perinde suggeremus, ut aliquid nobis in vestri amore, quia vos quæreremus exhibere dignarentur, inadiutos & vacuos dimiserunt. Tunc imperator omnes comites & abbates, per quos iidem missi profecti sunt, cunctis honoribus denudavit. Episcopos autem infinita pecunia multavit vel damnavit: legatos vero cum ingenti cautela & honore ad usque proprios fines deduci præcepit." §. 12.

* Mero M.

§. 13.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

se traxit ingeminans: Per dominum Gallum! velis nolis me sequi debebis. Is itaque cum in comitatu Caesaris Behemannos, Wilzos, et Avaros in modum prati secaret et in avicularum modum de hastili suspenderet, domum victor reversus, et a torpentibus interrogatus, qualiter ei in regione Winidum complacuisset; illos dedignatus, bisque indignatus aiebat: Quid mihi ranunculi illi? septem vel octo, vel certe novem de illis hasta mea perforatos, et nescio quid murmurantes, huc illucque portare solebam. frustra adversum tales vermiculos Dominus Rex et nos fatigati sumus.

XXI. Bellum in Normannos. XXII. Normanni piratae. XXIII. Leo occisus a Pipino. XXIV. De balneis aquensibus. XXV. /: sine titulo :/ XXVI. Carolus Romam petit. XXVII. Caroli vestes. XXVIII. Ludovici vires. XXIX. Normanni baptismum contemnunt. XXX. Ludovicus civis amator. XXXI. Elemosynas distribuit.

Sequuntur: Martyrologium Notkeri, ex cod. S. galli. usque ad pg: 184.

Epigrammata seu hymni sacri illustr. viror. antiquor. patrum Mon. S. galli. Dict: Bernardi abb. S. Galli carmina. Columbani. Ekkeardi. Hartmanni. Notkeri Balbuli. Notkeri medici. Ratperti. Strabi galli Fuldensis. Tutilonis. Waldrammi. Anonymorum: ex codd: S. gallensibus.

pag: 230. es waren 2 elfenbeinerne hörner in dem Schatze des Kl. z. S. gallen: die inschrift des einen steht im Lüderband II. die des anderen /: verlorenen :/ lautet: Munus Burchardi a) patris hoc [illegible] honori Auferat hoc nullus, huic non sit portio gallus.

a) Burchardus ingenitus, filius Ulrici comitis de Linzgau, Buchhorn et Montforte et Wendelgardae comitissae de Buchhorn, Henrici aucupis ex sorore Hedwige pronepos, ao 959 creatur abbas S. galli: usque ad pag: 234.

Carmina Salomonis episcopi. pg: 239.

NB. Luitwardus archicapellanus caesaris fuit abbas Bobiensis. versus Notkeri balbuli ad eum pg: 211. fuit et prolector Caroli grassi.

NB. die anmerkung a) steht pg: 236.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

XXXI. Theodori hagiopolitan. disputationes. pg: 472.
XXXII. Theodori abucarae. tractat. de unione et incarnat: ex cod. Bodlei. Gron. pg: 478.

Tomi II. Pars III.

XXXIII. Martyrium S. Desiderii. ex bibl. S. galli. pg. 8.
XXXIV. Anastasii liber contra Judaeos. pg: 51.
XXXV. Monachi S. Galli (: notkeri balbuli? :) libri duo de gestis caroli magni. ex codice monacensi. usq ad pg: 84.
XXXVI. Martyrologium Notkeri balbuli. ex cod: S. Galli. ad pg. 184.
XXXVII. Epigrammata, seu hymni sacri illustr. virorum monri S. galli.
Bernardi abb: Columbani.
Ekkardi. Hartmanni.
Notkeri Balbuli. Notkeri medici.
Ratperti. Strabi galli fuldensis.
Tutelonis, Waldrammi. anonymorum.
ex codd. S. gallensibus à pg: 190. ad pg. 234.
XXXVIII. Carmina Salomonis ep. a pg. 239 ad pg. 250.
XXXIX. Vita S. Gregorii p. m. ex cod. mnrii Petrusiani. a pg: 256 ad pg. 262.
XL. Vita S. Walpurgis. ex membran: eccle Ratisponens. et mnri: aichstad: praedicatorum. a pag: 265 ad finem huius Tomi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg